

De dedicatione

Est enim virginitas valde preciosa deo. et ideo non de nupta sed de virgine voluit nasci. Et angelo. qz a Iohanne euangelisti virgine noluit adorari. Et toti mundo. Unde dicit Iheronimus pza Iovinianu Romanus populus in quanto honore regnes semp habuit. hinc apparz qz psules et impatores et in curibz triumphantes et omnis dignitatis gradus eis de via cedere solitus est. Preciositas namqz virginitatis ex hoc apparer qz deus virginitatem multu honorat et multu glorificat. Multu quidem honorat. qz ipsas virgines fecit ioculatores suos. familiares suos. domesticos suos et seruitores suos. Ista tria tangunt Apoca. xij. vbi Iohannes de virginibz loquitur dicens Cantabant quasi canticu nouum ante sedem. et nemo poterat dicere illud. Ecce qz sunt ioculatores dei. deinde subdit. Qui sequunt agnu quo cumqz terit. ecce qz sunt de familia dei. deindecludit. Sine macula sunt ante thronum dei. Ecce qz sunt domicelli et serui in mensa dei. Parer etiam eius preciositas. qz deus ipsam virginitatem multum glorificauit. Hoc significatu est Apoca. xij. vbi dz. Signum magnum apparuit in celo mulier amicta sole et luna sub pedibz eius et in capite eius corona duodecim stellaz. et in vtero habens. Ex quibz verbis datur intelligi qz deus virgines sanctas coronabit in capite. ideo dz. In capite eius corona duodecim stellaz. Ornabit in corpore. Ideo dz. Erat amicta sole. Decorabit in pede. ideo dz qz luna erat sub pedibz eius tanqz scabellum et fecundabit in prole. ideo dz qz erat in vtero habens Christum enim semp portabunt in vtero per gloriosaz resurrectionem. Quarto in isto agro inuenitur lapis preciosus celestis glorie. De quo dicitur Math. xij. Inuenta autem vna preciosa margarita etc. Homo namqz habet res temporales. ppinquos et corpus et animam. Tunc ergo omnia que habuit vs

Ecclesie

vidit quando pro desiderio regni celestis
terrena premitur. parentes deserit. corpus
morti exponit. et animam rationi subijcit.
Isto modo beata katherina regnum celoꝝ
emir. Nam cum esset filia regis terrenum
regnum et omnia mundana precepit. ma-
trimonium unde filios et heredes habere
potuisset vilipendit. et corpus suum mor-
ti tradidit. sensualitate suam et rationi et p-
cepro dei obedire coegit. Ista autem mar-
garita celestis glorie est valde preciosa de
cuius preciositate dicit. **1. Cor. ij.** Quod
oculus non vidit. nec auris audiuit. nec
in cor hominis ascendit que preparavit de-
us diligentibus se. Sancti enim vi-
rentur videndo corde per fidem. audiendo
id est obediendo aure cordis per operam.
diligendo et amando corde per fervorem.
Sed tunc plus recipient quam meruit oculis
fidei recte. vel auris obediencie et operatio-
nis bone. vel cor caritatis fervide. Ista
margarita et lapide precioso celestis glo-
rie deus beatam katherinam hodie corona-
vit. Iuxta illud **ps.** Posuisti in capite eius
coronam de lapide precioso.

De dedicatione ecclesie.

Sermo primus.

Sanctificauit do-
mum hanc quaz edificauit po-
nerem nomen meum ibi in sempiternum.
iij. Regum. ix. Ista uerba dixit deus salo-
moni postq̃ templū dei edificauit ⁊ dedi-
cavit. Festum namq̃ dedicationis ē ma-
gne autoritatis. Trahit enim auctoritatez
a tempore legis nature. Genesio. xxiij.
Tulit iacob lapidem quem supposuerat
capiti suo ⁊ erexit in tulum fundens ole-
um desuper. A tempore legis scripse. Ex-
odi ultimo. Assumptio uocationis olcoru
gens tabernaculum ⁊c. A tempore legis
gratie. Iohannis. x. capitulo. Facta sunt
aut encenia in iherosolimis ⁊c. Ubi dicit

Beda loquens de hac solēnitate. Illam festiuitatem eo maiori deuotiōe celebrare puenit quo eam redēptori nostro gratissimam esse cognoscimus adeo ut in ea ingressi templum et sermonem ad populum facere et diuinitatis sue sacramenta pandere dignatus est. In predictis ergo verbis tria notant. **P**rimū est domus dei edificatio cum dicitur Quā edificasti. **S**ecundū ē ipsius domus edificatio dedicatio. cū dicitur Sanctificauit domū hanc. **T**erciū est ipsius edificatio et dedicatio finalis intentio cū dicitur Ut ponerem nomen meū in sempiternū.

Circa primū notādū qd domus dupliciter p̄siderari potest. Aut put est in fieri. aut put est in facto eē. Si put est in fieri tūc tria requirunt de quibz sic dicit **Ambrosius** in **exame**. Bonus artifex primo fundamentū ponit. fundamento edificatiōis posito membra distinguit et adiungit ornatum. In hac ergo domo dei que est ecclesia dei militans ponit fundamentū qd est christus ihesus. Ipse em̄ xp̄s in edificatio ecclesie ponit in imo p̄ fidem velut lapis primarius. **i. Cor. iij.** Fundamentū aliud nemo pōt ponere preter id qd positū est qd est ihesus xp̄s. Et ponit in summo per spem tanq̄ lapis angularis **Eph. ij.** Ipso summo angulari lapide ihesu xp̄o. Ipsa em̄ spes dicitur lapis angularis. qz hōminē cum deo p̄iungit. Ponit in medio p̄ caritatem tanq̄ vinculu suū cementū adinuicem ipsos fideles p̄iungens **Col. iij.** Sup̄ omnia aut̄ hęc caritatem habere qd est vinculu p̄fectionis. Debet autē ipsum fundamentū ad orientem dirigi. et hoc tribz de causis. de quibz sic dicit **Damasius** libro. **iiij.** Deus paradisu in eden ad orientē plantauit. vñ hominē trāsgressu exulem fecit. et ante paradisu ex occidente habitare fecit. Tanq̄ ergo paradisu ex orientem et ad ipsum respiciētes ad orientē adoramus. Sed et deus crucifixus ad occidentem respiciebat. Et ita adoramus ad

ipsum respiciētes. et assumptus ad orientem sursum ferebat. Et ita veniet quē ad modum viderunt eum euntem in celum. Ipsum ergo expectantes ad orientē adoramus. Fundamentum autē edificatiōis posito membra distinguuntur. que sunt sacra. choris et corpus. De quibz sic dicit **Richardus** de sancto victore. Saccharium ecclesie significat ordinē virginū. Choris vero significat ordinē p̄nentiū. h̄ nauis significat ordinem p̄uatorū. Strictius namq̄ est sanctuariū q̄ choris. et choris q̄ nauis. Sic pauciores sunt virgines q̄ p̄nentes et p̄nentes q̄ p̄uati. Sacerdoti enā est locus sanctuarij q̄ choris. et choris q̄ nauis. Sic etiam dignior est choris virginū q̄ ordo p̄nentiū. et p̄nentiū q̄ p̄uatorū. **T**ercio debet adiungi ornatus. qz ad litteram ipsa ecclesia debet imaginibus et picturis decorari. Et hoc p̄pter quatuor. scz rememoratōnem. quia ipse imagines reducant nobis ad memoriam christi passionem. Propter excitandam deuotionem. quia ex visione talium excitat in nobis deuotio. Propter instructionem quia in visione talium imaginū laici instruuntur. cuz huiusmodi imagines sint quasi quidam libri ipsorum laicorum. Debet ecclesia enā decorari et pingi imaginibus et ornari picturis propter imitationem sanctorum. quia laici videntes sanctorum martyrum passiones et circūstantias p̄ imagines expressas animant ad p̄stantiā et virtutes. **S**ecundo domus potest p̄siderari prout est in facto esse. Et tunc tria similiter requirunt. De quibz sic dicit **Augustinus** in lib. **8** trinitate. Bona domus est paribus mēbris disposita. ampla et lucida. Domus ergo dei primo debet esse paribus mēbris disposita. Cū em̄ sit palacium regale. debent ibi esse disposita. cenaculu. consistoriu et cubiculu. In cenaculo nāq̄ rer suos reficit. In p̄storio vero causas audit et dirimit lites.

In thalamo vero quiescit. In ecclesia ergo altare est cenaculum dei in quo fideles reficiunt pane vite. **Johan. vi.** Ego sum panis viuus. Chorus vero est thalamus dei in quo requiescit in deuota fidelium oratione. et laudatione. **ps.** In ecclesiis benedicite domino etc. Corpus siue nauis ecclesie est plebs filiorum dei ubi resoluuntur in passionem. **ps.** Precipite domino in passionem. **Secundo** domus dei debet esse ampla. De cuius amplitudine dicitur **Gene. xxiij.** Dilataberis ad orientem et occidentem et meridiem et septentrionem. Istam dilatationem facit caritas que tunc dilaturusque ad orientem quam deum diligit super omnia qui est omnium principium et origo. Usque ad occidentem quam homo in se omnia vicia mortificat et extinguit. Usque ad meridiem quam amicos diligit in deum. Usque ad aquilonem quam inimicos diligit propter deum. **Tercio** domus dei debet esse lucida. Ideo in ipsa ecclesia ample fenestre vitree prestruuntur. ut scilicet ab ipsis illuminentur. Per fenestras vitreas prelati et doctores intelliguntur. Fenestre enim vitree quatuor bona in ecclesia faciunt. Habent enim lucem transmittere. a vento et procellis defendere. et ecclesiam decorare. et illiteratos per ymagines erudire. Sic sancti prelati debent populum illuminare per doctrinam. ad **Philipp. ij.** Inter quos luceris sicut luminaria in mundo verbum vite continent. A ventis et procellis temptationum defendere per deuotam orationem. Unde qui dam reprehendunt **Ezechiel. xij.** Non ascendisti ex aduerso. neque posuisti murum pro domo israel. Prelatus tunc ex aduerso ascendit. quando diuine iusticie clipeum orationis opponit. Tunc opponit murum quando ponit intra deum et peccatorem orationis sue suffragia. Debet ecclesiarum decoratione per honestam pueritatem. **Criso.** Clerici nullam debent habere maculam nec in verbo. nec cogitatu neque in facto. nec in opinionem. quia ipsi sunt pulchritudo et virtus

ecclesie. et si mali fuerint totam deturpant ecclesiam. Debent etiam simplices et illiteratos instruere per bona opera et exempla. **Matth. v.** Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona. **Secundo** ponit in premissis verbis ipsius ecclesie edificatio consecratio cum dicitur **Sancificaui domum hanc.** Deus namque sanctificat auctoritate. pontifices vero sanctificant ministerio. Sed reuera ecclesiarum militantem deus sanctificabit in celo. et sanctificant in sue passionis sacramento. et cotidie sanctificat ipsorum episcoporum ministerio. De prima sanctificatione qua sanctificabit ecclesiam militantem in celo dicitur **Jo. v.** Tres sunt qui testimonium dant in celo scilicet in ecclesia triumphante pater. verbum et spiritus sanctus. Filius eam sanctificat ponendo ibidem suam perfectam cognitionem. Spiritus sanctus suam perfectam dilectionem. Pater agniti et dilecti eternam possessionem. **Aug. de ciuit. dei.** Illa ciuitas superna est viget et amat. In eternitate dei viget. in veritate dei lucet in bonitate dei gaudet. De secunda sanctificatione qua ecclesiam sanctificant in passionis sacramento subdit ibidem. Et tres sunt qui testimonium dant in terra scilicet spiritus aqua et sanguis. Ipse enim ecclesiam sanctificat per spiritum. id est animam quam posuit ut ipsam viuificaret. Per aquam que de latere exiit ut ipsam in baptismo ablueret. Per sanguinem quem in precium effudit ut ipsam redimeret. De tertia sanctificatione qua cotidie eam sanctificat auctoritate et episcoporum ministerio dicitur **1. Para. vij.** Ubi postquam salomō templū edificauit et consecrauit deus sic sibi respondit. Elegi et sanctificaui locum istum ut sit nomen meum ibi in sempiternum. et permaneant oculi mei ibi cunctis diebus. et erunt aures mee erecte ad orationem eius qui in loco isto orauerit. Ex quibus verbis habetur quod ecclesia videtur oculis dei. nominatur nomine dei. vivit in corde dei. et auditur auribus dei.

Quia igitur videt oculis dei non potest errare
 quod nominat nomine dei debent ea omnes
 in reuerentia habere. quod vivit in corde dei
 nunquam potest mori. Et quod audit auribus dei
 non poterit ab aliquo decipi. Tercio ponitur
 finalis intentio. cuius subdit. **P**ona nomen
 meum ibi in sempiternum. Ad hoc enim omnis
 ecclesia constituitur et dedicatur ut ibi nomen dei
 honoretur et laudet. Et licet deus in omnibus
 horis sit laudandus. ecclesia tamen. vij. horas
 elegit quas ut deus in illis laudet insti-
 tuit ex eo quod ille horis sunt privilegiate et a
 christo consecrate. **N**am hora matutinali fuit
 natus. a iuda et iudeis captus et illusus.
 ad iudicium creditur esse venturus secundum
 illud **Matth. xxv.** Media nocte clamor
 factus est. **E**cce sponsus venit. **I**n hora
 prima celum et terram in servitium hominis
 creavit. ad templum in hac hora personaliter
 venire consuevit. **Lu. xxi.** Omnis populus ma-
 nicabat. id est. mane festinabat ad ipsum exi-
 stentem in templo. **I**n hac etiam hora christus
 resurgens mulieribus apparuit. **I**n hora
 tertia christus ad columnam usque ad sanguinem
 flagellatus fuit et sententiam sue mortis ac-
 cepit. quod tunc iudeorum vocibus crucifixus fuit.
In hac etiam hora spiritus sanctus in apostolos desi-
 navit. **I**n hora sexta christus in cruce elevatus
 fuit et clavis confixus. sol fuit obscuratus
 velut quibusdam vestibus nigris se induens
 et mores domini sui tribus horis plangens. **I**n
 hac etiam hora christus in celum ascensurus
 cum apostolis dulce convivium fecit. **I**ntra
 illud **Act. j.** Convalescens precepit eis etc.
In hora nona christus spiritum emisit. vulnus in
 latere accepit et ad celum ascendit. **I**n ho-
 ra autem vespertina sacramentum corporis et san-
 guinis sui instituit. discipulorum pedes la-
 vit. et in habitu peregrini resurgens appa-
 ruit. **Lu. xvi.** Mane nobiscum domine quoniam
 ad vesperam pascit etc. **I**n hora plenitudo christus
 sanguineas guttas sudavit. de cruce depo-
 situs et in monumento collocatus fuit. et
 ianuis clausis ad discipulos introiit.

Eodem die

Sermo. ij.

Edificaverunt templum domini rex et
 filii israel. **ij. Reg. viij.** Sicut
 templum dei dedicatum fuit a salo-
 mone filius israel. ita ut nunc ecclesie de-
 dicantur a christo rege pacifico auctoritate
 et a pontificibus et alijs clericis minoribus
 ministerio. **I**n ipso autem dedicationis
 officio sunt plurima que magna continent
 sacramenta. **P**rimum est quia pontifex ec-
 clesiam perambulans tribus vicibus circuit.
 ad ostendendum quod persequatur in honore sancte
 trinitatis. vel ille triplex circuitus signat
 tempus in quo deus non cessavit circuire
 ut nobis posset salutem offerre. scilicet tempus
 legis nature. scripture gratie. **N**am in tpe
 legis nature misit patriarchas. **P**sal. iij.
Misit moysen servum suum. aaron quem
 elegit. **I**n tempore legis scripture misit pro-
 phetas. **I**eremie. vij. ca. Et misi vos ad
 omnes servos meos prophetas per diem sur-
 gens diluculo et mittens. **I**n tempore le-
 gis gratie venit ipse. **I**sa. liij. Propter hoc
 sciet populus meus nomen meum in die
 illa. quod ego ipse qui loquebar ecce assum.
Vel ille triplex circuitus significat tripli-
 cem circuitum quem fecit christus in ipsius
 ecclesie militantis persequutionem et salva-
 tionem. **P**rimus est quo de celo venit in
 mundum. **S**ecundus quo de mundo descen-
 dit ad limbum. **T**ercius est quo de limbo
 resurgens ascendit in celum. **S**ecundum
 est quod in quolibet circuitu episcopus cum baculo
 pastoralis ad ostium ecclesie percutit dicens.
Attollite portas principes vestras et cetera
Illa autem triplex percussio et triplex ac-
 clamatio representat triplex dominium.
 quod christus merito sue passionis acqui-
 situs. scilicet in celo. mundo. et in inferno.
 ad **Phil.** secundo capitulo. **I**n nomine
 ihesu omne genu flectetur celestium. terre-
 strium. et infernorum. **A**si ipso facto pon-
 tifex sic dicat. **E**x quo christus dominus

h3 in celo vos principes .i. angeli apite portas et mecum de cetero maneat. Ex quo dominum h3 in inferno vos porte infernales .i. demones eleuamini et inde fugians. Ex quo dominum habet in mundo vos homines de cetero ibidem dominum non requiratis. Unde premittit ibidem in ps. Nec est generatio querentium eum querentium faciem dei iacob. Tercium est. quia ipsa ecclesia ter aqua benedicta interius et exterius irrigatur. ad significandum quod christus triplici vnda suam ecclesiam irrigauit. scilicet vnda fluminis in baptismi regeneratione. Philip. v. Munda eam scilicet ecclesiam lauacro aque in verbo. vnde sanguinis in sua passione. Apoc. vii. Lauent eas in sanguine agni. Vnda fluminis in spiritu sancti missione. Ezech. xlv. Effundam super eos aquam mundam et mundabimini ab omni iniqua mentis vestibus. De ista triplici irrigatione dicitur. i. Johan. v. Tres sunt qui testimonium dant in terra .i. in ecclesia militante. scilicet spiritus ecce vnda fluminis. et sanguis. ecce vnda aquae. Vnde ista triplex irrigatio significat tria genera lacrimarum quibus anima que est templum dei aspergitur et irrigatur. scilicet lacrimis poenitentiae pro peccatis poenitentibus. ps. Lacrimis meis stratum meum rigabo. Lacrimis compassionis pro alienis miseris. Iheremie. ix. Quis dabit oculis meis fontem lacrimarum etc. Et lacrimis deuotionis pro celestibus desideris. ps. Fuerunt mihi lacrimae meae panes die etc. In ista autem aqua benedicta qua ecclesia aspergitur tria apponuntur. scilicet vinum. cinis. et sal. quia ad hoc quod aqua lacrimarum nostrarum bene valeat lauare tria debemus apponere. scilicet vinum spiritualis exultationis. Eccles. xxx. Non est oblectamentum supra cordis gaudium. Cinis. id est memoriam mortis. Genes. xviij. Loquar ad dominum meum cum sim pulvis. Sal lapide discretionis. ad Roman. vii. Rationabile obsequium vestrum.

Ista autem aspergio fit cum ysope. id est cum timore diuino. Sicut enim ysope purgat fleuma pectoris. sic timor dei purgat peccatum mentis. Eccles. i. Timor domini expellit peccatum. Quartum est. quia litteris grecis et latinis in pavimento scribitur alphabetum facta cruce de cinere et zabulo de angulo orientis usque ad angulum occidentis. quod quidem representat conjunctionem vtriusque populi. indei scilicet et gentilis in fide vera per crucem christi actam. Ita quod ille qui erat dexter factus est sinister. Et qui erat in capite factus est in cauda et econuerso. Deuteronomio. xlvij. Ipse erit in caput et tu eris in cauda. Vel illa talis scriptura duobus ordinibus facta. significat dei precepta in duabus tabulis scripta. Et ideo talis scriptura fit in cruce de cinere et zabulo facta. ad innuendum quod si homo vult faciliter dei precepta implere. debet habere memoriam dominice passionis et crucis. Unde gregorius. Si passio christi ad memoriam reducat nihil est quod non equo animo toleretur. Debet habere memoriam sue mortis. Gregorius. Valde se sollicitat in bono opere qui semper cogitat de extremo fine. Debet etiam habere considerationem proprie infirmitatis quia scilicet ad instar zabuli homo est sterilis et infertilitosus nisi a dei gratia adiungetur. ij. ad Cor. iij. Non quod sufficientes sumus aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis. Quintum est. quia duodecim cruce in ecclesie parietibus depinguntur. Ipsa enim crux sancta est christi vexillum. Unde canitur. Vexilla regis prodeunt. Crux est baculus christi. Genes. xxxij. In baculo meo transiui iordanem isum. id est mundum isum. Crux est lectus christi in quo ipse requieuit. Cant. i. Indica mihi ubi pascas ubi cubas in meridie. Quia igitur crux est vexillum christi. ideo in ecclesia psecranda cruce depinguntur. ut ostendat quod illa ecclesia est ammodo christi domino subiugata.

Unde et apud regalem magnificentiam obseruat. unde cum aliqua ciuitas ei tradita verilla regis erigunt. hasta autem fuit lancea. tela fuit caro mundissima depicta colore nigro liuoris rubeo sanguinis et albonocentie et puritatis. Depinguntur autem duodecim cruces. quia duodecim apostoli hoc verillum per vniuersum mundum deferentes ipsum christi domino subiugarunt. quia crux est baculus dei. ideo ipse cruces depingunt ut demones terreamur et inde fugiant **Crifo.** Ubique demones signum crucis viderint. territi fugiunt baculum timentes unde plagam acceperunt. Quia crux est lectus christi. ideo depingunt cruces ad innuendum quod sicut christus de cruce non descendit sed in ea mortuus fuit sic et ipse homo de cruce penitentie non descendere. sed in ea persistenter de peruenire. Voluit enim christus de cruce descendere. nec per maris sue passionem cum sciret ipsam valde dolere **Luce. ij.** Tuam ipsi? animam gladius pertransibit. nec propter iudeorum irrationem. **Matth. xxvij.** Pretereuntes enim mouebant capita sua dicentes. Vah qui destruis templum dei et post triduum reedificas illud. Nec propter ipsorum fallaciam persuasionem **Ibidem.** Si rex israel est descendat de cruce et credemus ei. Nec propter vehementem sui corporis dolorem **Leu. j.** Attendite et videte si est dolor similis sicut dolor meus. sic et homo de cruce penitentie non debet descendere. nec passionem suorum parentum. nec irrationem superborum. nec persuasionem amicorum. nec austeritatem penarum.

Sextum est quod ipse cruces illuminat et crismate inungunt. Illa enim duodecim luminaria ante crucem posita significant duodecim apostolos qui verillum crucis per vniuersum mundum deferentes ipsum per christi domino subiugarunt. scilicet per lumen sapientie **Matth. v.** Vos estis lux mundi. Per odorem bone fame qui significat per balsamum. **j. Cor. ij.** Christi boni

odor sumus deo in omni loco. Et per nitorem scientie que significat per oleum. **j. Cor. j.** Gloria nostra hec est testimonium scientie nostre. Illi etiam qui crucem penitentie assumpserunt. ista tria similiter debent habere scilicet lumen peruersationis honeste **Matth. v.** Sic luceat lux vestra coram hominibus etc. Balsamum redolentis fame **Eccle. xxiij.** Sicut cynamomum et balsamum aromatisans dedit odorem. et oleum deuotionis interne. **Psalm.** Impinguasti in oleo caput meum etc. De hoc etiam scribit. **j. Job. ij.** Uncio eius docet vos de oleo. **Bern.** Qui incipit a timore crucis christi portat patienter. qui autem proficit in spe portat libenter. qui presummat in caritate amplectitur eam ardentem. Ecce oleum balsamum et ignis. Qui enim portat crucem patienter iam vinctus est oleo gratie preuenientis. qui portat libenter vinctus est balsamo gratie perficientis. qui autem portat ardentem inflammatus est igne gratie perficientis.

Eodem die Sermo. iij.

Hodie salus huic domui facta est etc. **Luce. xix.** Quoadu homo in hac vita est peccator est. et ideo dei reconciliatio indigenis est. Ideo necesse erat ut aliqua domus inueniretur in qua ista reconciliatio celebraretur. Homo autem non poterat ascendere ad domum celestem quia nimis erat alta. nec deus poterat descendere ad domum terrestrem. quia nimis erat immunda. Ideo voluit deus ut fieret domus communis scilicet ecclesia dedicata que si non esset corporea non esset domus hominum si non esset dedicata non esset dei habitaculum. Et quia peccatores ubique sunt in mundo ideo deus tales domum ubique voluit constitui et dedicari. et in ea oblationem mundam offerri **Malach. j.** In omni loco sacrificat et offert nomini meo oblato mundam. Quia autem ecclesia dedicat nunc ipsi domino mancipat et ab omni demonum potestate eripit. et ideo bene dicitur. Hodie huic domui

salus facta est. **M**orandū autē q̄ ppter
quatuor causas ecclesia dedicat. Una cā
sumit ex pte dei. secūda ex pte angeli. ter-
cia ex pte nostri. quarta ex parte demonis.
Prima ergo causa sumit ex parte dei. qz
efficit domus digna dei ad habitandum
ij. Paral. vii. et. iij. Regū. ix. Oculi mei
erūt aperti et aures mee erecte ad orōnem
eius qui in loco isto orauerit. Elegi nāqz
et sanctificaui locum istum vt sit nomen
meum ibi in sempiternum et permaneant
oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus
Ex quibus verbis habet q̄ deus in eccle-
sia psecrata ponit oculos suos. aures su-
as. nomē suum et cor suum. Habet enim
ibi oculos suos quibus videt deuotionē
bonorum. genuflectiones et lachrimas ip-
sorum. quibus etiam videt in deuotionē
malorum supfluitates vestimentorum ac orna-
mentorum Eccles. xxiij. capi. Oculi domini
multo plus lucidiores sunt sup solem cir-
cūspicientes omēs vias hominū et. Ha-
bet etiam aures suas quibus audit orōnes
et lachrimas oīm fidelium. **I**sa. xxxviij.
Audiui orōnē tuā et vidi lachrimas tuas
Quibus etiam audit verba vana et detrac-
toria multorum. et maxime mulierum in ec-
clesia loquentium. idō dicit apostolus. j.
Cor. xiiij. Mulieres in ecclesijs taceant
Habet etiam ibi nomen suum qd̄ est xps
qui interpretat̄ vnctus. Olim quidē no-
men suū erat terribile et inflexibile. ps. ait
Sanctū et terribile nomē eius. Sed mō
est vnctū. et ideo factum est ad misericor-
diam flexibile et valde amabile. **C**anti. j.
Oleum effusum nomen tuū. Habet etiā
ibi cor suum. quia dignos et deuotos qui
sunt ibi amat. indignos vero et malos qui
ibi sunt cōdemnat et odit. Tales sunt illi
de quibus dicit **I**o. ij. Dominus eiecit de
templo oues et boues et nūmulariorū effu-
dit es. et mensas subuertit. et his qui ven-
debāt columbas dicit et cetera. Odit etiā
luxoriosos tanq̄ homines bestiales. ps.

Compatius est iumentis insipientibus et si-
milis factus est illis. Odit prelatos sup-
bos qui cornu supbie volunt ceteros ven-
tilare. Odit clericos auaros q̄ volunt mer-
cimoniam exercere. Odit prelatos symoni-
acos qui dona scī spūs volunt vendere. si
enī deus in ecclesia psecrata hz cor suū et nos
merito debemus ibi habere cor nostrū ne de
nobis dicat illud **I**sa. xxiij. Populus hic
labijs meis honorat. cor autē eorū longe est a
me. **S**cōda rō sumit ex pte angeli. qz ipsa
ecclesia est angelis gratus locus ad ministran-
dū. Ministrant ei angeli quadrupl̄. Pri-
mo qz sacerdoti ministranti et celebranti as-
sistunt **G**reg. Quis autē fidelis dubiū ha-
bere posset in ipsa immolatiōis hora ad sa-
cerdotis vocē celos aperiri atqz in illo ihx
su xpi ministerio angelorū choros adesse.
summis yma sociari et terrena celestibus iū-
gi. Scōdo ministrant qz orōes fidelis deo
offerunt. Unde dicit in canone **I**ube hec per-
ferri p manus scī angeli tui et. **I**ob. xij.
Quā orabas cū lacrimis ego obtuli orōes
tuā dño **T**ercio ministrant qz fideles ab in-
fidis demonū custodiunt. s. dum ad eccle-
siā veniunt et dū ibi pstant. et dū inde ex-
eunt et recedunt. **J**udith. xij. Custodiuit
me angelus dñi et hinc eunt et ibi pmo-
rātem et inde huc reuertentē. **Q**uarto mini-
strant. qz psallentibus se adiungūt. ps. Pre-
nuerunt principes adiuncti psallentibus et
Ipsi enī angeli psallentes ad ecclesiam pre-
cedunt. ideo dicit. preueniēt principes. et cū
deo psallentibus psallunt. id̄ subdit. adiunc-
ti psallentibus. Ipsi in medio aīarū deū ala-
criter et insatigabiliter laudantiū assistunt. id̄
subdit. In medio iuuentulaz deuotōem
psallentiū xpo ipsi accedunt. ideo subdit
Tympanistraz **P**er tympanū enī xpus
intelligit in quo est forma sperica. i. diuini-
tas eterna. **P**ellis extensa. i. caro crucifi-
xa. **M**elodia. i. aīa omni gaudio et iubila-
tione repleta. Ille autē aīe sunt tympani
sine q̄ ad xpi diuinitatē et passionem sunt
A. j.

Dulciter affecte. Tercia ratio sumit ex pre
 hominis. qz ē homini valde utilis ad ob
 tinendum qd petijt. Homines em̄ in eccle
 sijs dedicati obtinere possunt et affluen
 tiam omniū bonorū et remotionem malorū.
 Ibi ei obtinent oia bona. s. celestia spūa
 lia et terrena. Quā postq̄ salomon templū
 dedicauit ad dei preces effudit. rogās vt
 eraudiret pplm̄ in loco illo orantē. cui de
 sic rēdit vt habet. ij. paral. vij. Si clausu
 ro celoz et pluuia nō fluxerit et mā dauero
 et precepero locuste vt deuoret terrā. puer
 sus autē ppls egerit penitentiā eraudia de
 celo et saluabo terrā eorū. De? igit pcrōri
 puerfor in eccia eroranti celum clausum
 apit qm̄ celesti gloria eū dignū facit. Tūc
 pluuia mittit qm̄ grantat spūalem imitit.
 qm̄ grantam spūalem infundit. Tūc terraz
 sanat qm̄ fertilitatem tēporū donat. Secūdo
 obtinent liberatōnem ab oibz malis. ma
 lo culpe. et pene transitorie. ac pene eterne.
 Unde postq̄ salomon templū dedicauit
 orauit dicens. iij. Re. vij. Fames si orta
 fuerit in terra. aut pestilentia. aut corrup
 tus aer. et inimicus eius obsidens portas
 vniuersa plaga et omnis infirmitas. et ex
 pāderit ppls tuus manus suas in domo
 hac tu eraudies de celo. Appāruit autem
 ei dominus dicens. Er audui oratōnem
 et deprecatōnem tuā. Per hoc qd dicit fames
 pestilētia corruptus aer. notatur malum
 pene transitorie. Per hoc qd dicit inimicus
 obsidens portas. notat malū culpe. Dia
 bolus enim tunc obsidet portas. quando
 corpis sensus inuadit et detinet. Per hoc
 enim qd dicit vniuersa plaga et omnis in
 firmitas. intelligit malū pene eterne ubi
 est omnis plaga in corpore vniuersa infir
 mitas in mente. Quarta ratio sumitur ex
 pre demonis. qz ipsa est demonibz valde
 terribilis. et hoc ppter quinqz que in ipsa
 ecclesia ptenent. Ibi enim sunt angelorū
 presidia a quibz eccia cōmunit. In eccia
 etiam corpus dñicum psecrat et pseruat

Cruces erigunt et in ecclesia sanctorū reli
 quie recōdunt et orōes fidelium effundunt
 Ista omnia sunt dyabolo valde terribilia.
 Diabolus em̄ significat p leonē. j. De. v
 Aduersarius nē dyabolus tanq̄ leo rē.
 Leo autē quatuor timet. s. strepitū currū
 siue toraz. ignē accensum. gallū et maxi
 me albū. et qm̄ videt catulū corā se vebra
 ri. Per currus nāqz significat exercitū an
 gelorū. ps. Currus dei decē milibz rē. vii
 et ipsi angeli in currū igneo helie apparue
 runt. Streptus ipsorū currū sunt vocife
 ratōes scōz angelorū ad deum. Demones
 p nobis clamantū Isa. lxij. Super mu
 ros tuos Iherlm̄ pstrui custodes tota die
 ac nocte nō tacebunt rē Ipsi currus et eorū
 strepitus sunt demonibz valdes terribiles.
 Unde legit gene. xxvij. qd postq̄ Jacob
 viderit scalā et per eā angelos ascendētes
 dixit. Quā terribilis est locus iste. Per
 scalam nāqz penitencia nostra figuratur
 per quam angeli descendunt et orationes
 que in ecclesia fundunt colligunt. et ascen
 dunt vt omnia collecta deo offerant. Se
 cundo leo timet ignem accensum p quem
 significantur ardentia desideria et secuen
 tes orationes fidelium. que omnia sunt
 demonibz adeo terribilia qd eos incen
 dunt. Unde dicit dyabolus beato Bar
 tholomeo apostolo. Incendunt me orati
 ones tue. qd eos expellunt. vt habet Tho
 bie. vi. Cordis eius particulam si super
 carbonem ponas fumus eius extricat om
 ne genus demoniorum. qd etiam demo
 nes vulnerant et confodunt. Augustinus
 Tela contra dyabolum verba dei sunt. Fi
 des tua. spes tua. et opera tua gladij sunt
 interficientes inimicum. Quam terribi
 lis autem est anima virtutibus et bonis
 operibus vallata habetur Canticoz. vij.
 Terribilis vt castrorum acies ordinata.
 Tercio timet gallū album per quem in
 telligunt sancti maritres et pfectores qui
 fuerūt galli dei per doctrinā. Job. xxxvij.

Quis dedit gallo intelligentiam. Et fuerunt albi p. innocentia Apo. iij. Ambula-
bunt mecum in albis etc. **Doz** vero reliquie
que codunt in ecclesijs sunt demonibus
valde terribiles. **Crisp.** in omel. de macha-
beis Nam ut audaces latronum duces ag-
nitis regis insignijs deterrent ut fugiant.
ita pfecto demones ubi coronatorum mar-
tiz corpora posita aspiciunt ilico ab eorum
longe pfectu pauidi fugiunt. **Quarto** ti-
met catulum flagellatum p. que significat
xps qui fuit catulus dei inqum ptra ma-
lorum vicia latebat. et inqum dormientes
in peccatis ad virtutum vigilantiam excita-
bat. et inqum lingua sua medicinali mul-
torum vulnera curabat. **Iste** catulus lamē-
tabiliter fuit flagellatus. qz a plāta pedis
vsqz ad verticem non pmanfit in eo sani-
tas. **Quius** aut sue flagellatōis et passi-
onis nobis duo memorabilia remanserūt.
scz lignū crucis. et sacramentū sui corporis
Et utraqz sunt diabolo terribilia Lignū
enim crucis est diabolo terribile. qz ē sibi
gladius quo vulnerat. **Crisos.** Tanta est
virtus crucis ut si in mente fideliter habe-
atur nullus demonū ppe stare poterit vi-
dens gladiū in quo detectus est. Est etiā
terribile demonibus sacramentū corporis et
sanguinis xpi. **Criso.** Ubicūqz sanguinē
dñi demones viderint fugiunt. et curruunt
angeli. **Idē.** Ut leones ignem spirantes
sic a mēsa altaris secedimus terribiles fi-
entes diabolo.

De dedicatione Altaris. Sermo.

Seprem diebus
expiabis altare et sanctificabis et
erit sanctū sanctorum etc. **Exod. xix.** Quia
deus est sanctus id vult habere oia scā. s.
tabernaculū et vasa tabernaculi. ac etiā al-
tare et vasa altaris. **Nūm. viij. ca.** Unxit
moyses et scificauit tabernaculū cū oibus
vasis suis. Altare et similiter vasa eius.

Vult etiam habere sanctos ministros **Le-
ui. xj.** Sancti estote qm ego sanctus sum
Exo. xix. Sacerdotes qui accedunt ad do-
minū sanctificent ne pcuriam eos. Et sic
in veteri testamento alia erat psecratio alta-
ris. alia erat consecratio tabernaculi. ita et
nunc alia est psecratio altaris. et alia pse-
cratio ecclesie. In premissis g. verbis duo
ponunt. **Primo** ipsius altaris scificandi
ritus cum dicit. Septē diebus expiabis et scī-
ficabis altare. **Secundo** ipsius scificationis
effectus cum dicit. Et erit sanctū sanctorum.
Ritus aut altaris veteris tabernaculi fie-
bat. vij. diebus per hostiarum immolationem
Ritus aut psecrationis altaris eccle mi-
litantis pñet multa. que magnis sacra-
mentis fuerūt plena. **Primū** est qz quatu-
or cruces in quatuor cornibus altaris psi-
gunt de aqua benedicta. Altare quidē sig-
nificat crucē. cuius quatuor cornua sunt
quatuor brachia in quibus emanauit vnda
salutis que quidē vnda quatuor presmū
di abluit et purgavit. vel p illas quatuor
cruces d. aqua benedicta significat qz xps
mundauit per sanguinē sue passionis qtu-
or elementa. **Mundauit** enī ipsum aerem
qz nō sub recto sed in aere pativoluit. mū-
dauit aquam per illā aquā que de suo la-
tere pfluxit. mundauit terrā per sanguinē
quem in terra effudit. mundauit ignem et
non mī materialem sed etiā spūalem. cu-
iusmodi est ignis tribulationis quē xpus
etiā mundauit. qz eum minore fecit ex eo
qz illo igne examinatus fuit. **ps.** Igne me
examinasti et non est inuenta in me iniqui-
tas. **Vel** p illas quatuor cruces significa-
tur qz passionē xpi et eius crucē quadru-
pliciter portare debemus. s. in facie per assī-
duā impressionē. in ore p pessionē. in cor-
pore per mortificationē. et in corde p deu-
tōem. **Secundū** est qz eps altare conse-
crandum septem vicibus circuit. **Per** illos
aut. vij. circuitus quos xps fecit p alta-
ris nri. i. cordis nostri scificationē. **Primū**
viij.

viij.